

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Adulacio aq
cum uariis

Adulatores a uoluntate uultum, ab animo uerbum, a mente linguam, ab intellectu loquela amplo dissencionis interuallo diffibulant. Plerumque enim exterius plausibiliter applaudendo collaudant quos interius contradictoria derisione defraudant. Foris uultu applaudunt uirgineo, intus scorpionis pungunt aculeo; foris adulacionis mellitos compluunt imbrues, intus detractionis euomunt tempestates.

Alanus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Adulacio aq] Adulatio an P V¹ V² L¹, Adulatio ap L²; linguam] lingua v¹; uultu applaudunt uirgineo] uirgineo uultu applaudunt B M; aculeo] acculeo (*cor. sub lin.*) C